Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in multiloquio. sed in puritate cordis et compunctione lacri
marum nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis esse debet et pura
oratio. nisi forte ex affectu mentis et inspiratione di
uine gratie protendatur. in conuentu tamen breuietur oratio
et facto signo a priore omnes pariter surgant. De decanis
monasterii:

Si maior fuerit congregatio
eligantur de ipsis fratres boni testimonii et sancte con
uersationis. et constituantur decani qui sollicitudinem
gerant super decanias suas in omnibus secundum mandata
dei. et precepta abbatis sui. qui decani tales eligantur
in quibus abbas securus partiatur onera sua et non eli
gantur per ordinem. sed secundum uite meritum et sapientie doc
trinam. Qui si quis ex eis aliqua forte inflatus super
bia repertus fuerit reprehensibilis correptus semel et
iterum atque tertio si emendare noluerit. deiciatur et al
ter in loco eius qui dignus est subrogetur. Quomodo
dormiant monachi:

Singuli per singula lecta dormiant.
Lectisternia pro modo conuersationis
secundum dispositionem abbatis sui accipiant. Et si potest
fieri omnes in uno loco dormiant. Si autem mul
titudo non sinit deni aut uiceni cum senioribus qui
super eos solliciti sint pausent. et candela iugiter
in eadem cella ardeat usque mane. uestiti dormi
ant et cincti cingulis aut funibus. et cultellos ad
latus suos non habeant dum dormiunt ne forte per
sompnum uulnerentur dormientes et ut parati sint
semper monachi. et facto signo absque mora surgentes fes
tinent se inuicem preuenire ad opus dei cum omni gra